



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. III. A se spernere. Virtus. Maculam eluere. Fusti pectere. Plautus
Sticho correctus 6 Ennius apud Nonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

CAPVT III.

*A se spernere. Virtus. Maculam eluere. Fusti pectere. The-
tus Sticho correctus & Ennius apud Nonium.*

*Ad Plauti Captiuos, vnde modò discessi, redi
Scæna, Nunc illud est.*

*Nunc spes opesque auxiliæque à me segregant, sperno
que me.*

*Propè est vt adfirmem scribisse Plautum, sperno
que se. Spernere disungere & segregare est. En-
nium Snpij laudat Nonius in hoc verbo, Hebra-
lytris. Melius est virtute ius, nam saepe virtute mali
ciscuntur ius, atque equum se à malis sperni procul. Cæ-
go & repono in numeros, Melius est*

Virtute ius, scilicet saepe virtutem mali

Nanciscuntur, ius atque equum sese à malis

Spernit procul.

*Aurea planè sententia, & quàm doleudum esse
ruisse in corruptela diutius. Virtute intelligit robur
& vires corporis. Glossarium vetus: Virtus est per-
dicit, lqvs, dūzpus: aut, certè animi inconsultam
rociatam. Eadem Captiuus. Scæna Quanto
pectore.*

*HE. Pol maiores mi antevortunt gaudiis. ER. in
irascier,*

*Iam ego ex corpore exigam omnis maculas maiorum
Langius in mss. suis repperit, ex corpore exuam. Non
certius meridie lūere, quàm hīc scribendum. etiam
Eluuntur propriè è veste macula: inde ad animam
transfuit etiam Pœnulo:*

*Inest amoris macula hōc homini in pectore
Sine magno damno que elui nequitiam potest.*

Scæna

Ant. M.
varia Lec
LIII
28

Scena eadem.

Nam hercle nisi manifestatus probè ero, fusti plectito.
 Rectius iidem libri, pectio. Ita Menæchmis: pectè os
 pugis. Et hinc depexum dare Terentio malo multare est.

CAPVT IV.

Atores, Miluina. Externatus animi. Loca lautia. Re-
 finutus Appuleius pluries.

APPVLEII libro secundo in festiua illa narratio-
 ne Telerephontis malè hæc vulgò leguntur:

Et conuersa Philodespotum requirit auctore, eique præ-
 cepit, bono custodi redderet sine mora premium.

Scribo, requirit actorem. Actores in seruilibus offi-
 ciis, quibus peculium domini & rationes curæ erant:
 qualem se facit ille Asinaria Leonida, qui res rationes-
 que heri Ballionis curo, argentum accepto, expenso, & cui
 debet dato.

Paullò post:

Sic in modum superbi iuuenis Adoni vel musteluacis pēplis
 laceratus & discerptus admo proturbor.

Sortentum verbi hoc quidem, musteluacis: sed vide,
 rectè diuinari, vel miselli Acis pēplis laceratus. Vt ob
 amorem inquit lacerati sunt Adonus & Acis, alter à
 Marte in aprum conuerso, à Polyphemo alter: ita
 ego petulantiam verbi, pugnis & pēplis discerptus,

hui.

Mox:
 Sic ille senex lamentabiles questus singulis instrepebat. se-
 uire vulgus interdum, & facti verisimilitudine ad cri-
 minis credulitatem impelli.

In prioribus malim, questus singultiens strepebat. Dixit
 enim paullò antè: Voce contenta quidem, sed assiduis sin-
 gultibus impedita. Postea certa emendatio est, vulgus
 incertum. Virgilius in re simili:

Scindi-